Item Papa Silvester, et Gregorius summi pontifices, quieam consecraverunt, et devote visitauerunt dederunt indulgentias, quas nemo preterquam solus deus numerare potest, testam: e

Beato Bonifacio, qui dicit. Si scirent homines indulgentias ecclesie Lateranen. quot tot essent, non eis esset opus, ut irent ad Sepulchrum Domini, seu ad sarcophagum Jacobum.

Dicit idem Bonifacius Papa. Si quis ad sedem nostram Lateranen. causa devotionis, vel orationis, aut peregrinationis peruererit, absolvitur ab omnibus peccatis suis. Dicit idem Bonifacius papa. Si quis ad diccam sedem peruererit in die Sancti Salvatoris, absolvitur ab omnibus peccatis suis.

Item in sacristia eiusdem ecclesie est altare Sancti Joan. Baptiste, quod habuit in deserto. Item in quadam Capella in fine dicte ecclesie est arca foderis veteris testamenti.

Item mensa super quam cenauit dominus noster Jesus Christus cum discipulis suis. Item virga Adorfe, et Aaron. Et hec omnia portauerunt Tlespadianus, et Titus de Hierusalem cuius quattuor columnis ereis plenis de terra Sancta de Hierusalem, que stant eructe circa summum altare.

Item supra summum Altare sunt capita Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, et quandocumque illa ostenduntur tunc

sbi sunt tot indulgentie, quot sunt ad sanctum Petrum, quando ostenditur Sudarium domini, seu Uteropice. Que indulgentie ostensionis Uteropice habentur in sequentibus folijs, videlicet in secunda ecclesia principali. Item quando in sacra missa Ecclesia ab hereticis fuit combulta, de capite sancti Pachacuti emanauit sanguis tribus diebus, et tribus noctibus, quod caput etiam ostenditur cum ceteris reliquis in die passche peracto prandio. Quam ecclesiam postea renouauit, et de fundamento edificati fecit dei Benicices seruus Nicolaus Papa. iiiij. ordinis Sancti Francisci, ut clare adhuc apparet in opere musico supra summum altare Sancti Silvestri, et suorum predecessorum Summorum pontificum, qui summi pontifices celebrabant in crux patris, et cavernis terre occulisse propriez imperatorum, et aliorum tyrannorum meum, pagorum et saracenorum. Item sub eius illud altare est oratorium Sancti Joannis Euangeliste, ubi orabat, quando adduxeruntur, et deductus ac detentus fuit Rome.

Item in quadam tabernaculo maiori, quod stat super dictus altare, requiescum caputa Sanctorum apostolorum Petri, et Pauli (ut dictum est.) Item in quadam tabernaculo, quod est super altare sancte Marie Magdalene sunt reconstruere reliquie, que sequuntur, videlicet Lazarus que coronatus fuit Sanctus Silvester papa per Constantinum Imperatorem. Item caput sancti Zacharie patris, sancti Joannis Baptiste. Item caput sancti Pancratii martyris, de quo emanauit sanguis per tres dies continue, qui ista sacraissima Ecclesia fuit ab hereticis combusta. Item de reliquijs sancte Marie Magdalene. Item una spatula sancti Laurentii martyris. Item unus dens sancti Petri apostoli. Item coppa, ex qua sanctus Joannes venenum biberit, et non sibi nocuit.

Item catena, cum qualiteratus fuit sanctus Joannes Euangelista, dum duceretur de Epheso Romanum. Item tunicella Sancti Joannis Euangeliste, que posita fuit super tres mortuos, et confessum surrexerunt. Item de cineribus sancti Joannis baptiste, et cilicium ipsius. Item de lacre, de capillis et de vestimentis gloriose virginis Marie. Item camisia, quam fecit Virgo Maria Christo proprius manibus. Item linteum, seu pannus, cum quo Christus exterritus pedes Apostolorum. Item forcices, et arundo cum qua Christus percussus fuit. Item de ligno sancte Crucis. Item purpureum vestimentum tinctum de Suttis sanguinis Christi. Item velum beate virginis Marie, quod ipse posuit ad femoralia Christi in cruce. Item

sularium quod possum fuit super faciem Christi. Item pre-
putum domini nostri Iesu Christi quando fuit circuncisus.
Item aqua, & sanguis, qui emanauit de latere Christi. Item
de vero ligno Crucis. Et multe alie reliquie que ostenduntur
in die Pasche peracto prandio. Item in festo Salvatoris, cu-
ius imago visibiliter apparuit omni populo Romano mira-
culo seculiter quando Papa Silvester consecravit dictam eccl-
esiastam, ubi fuerat populus Romanus congregatus, tunc ima-
go Salvatoris apparuit: visibiliter omni populo de Urbe,
qua imago remansit in pariete. Et quotidiane videri potest,
nec comburi potuit cum Ecclesia fuerit bis combusta, ibi vero
est remissio omnium peccatorum. Ies in capella Sancti Joa-
nis Baptiste ad fontes, qui mulieres non intrant sub pena
excommunicationis, ibidem est remissio omnium peccatorum.
In capella sancti Laurentii quam similiter mulieres non in-
trant sub simili pena, que dicitur sancta sanctorum, ibidez est
remissio omnium peccatorum. Et in eadem Capella imago
Christi in etate. xij. annorum dominus, & humanus depicta.
Et circa eandem capellam sunt gradus, super quo 3 dominus
noster Iesus Christus cecidit usq; ad effusionem sanguinis,
& signum apparet clare ubi cecidit sanguis, qui gradus dece-
reunt arte domini Pilati in hierusalem. Et quicunq; hos gra-
dus ascendit geniculando, ille pro qualibet gradu. ix. annos
indulgentiarum, & tot quadragenas, & remissiones tertie par-
tis omnium peccatorum habet.

De privilegio istius ecclesie, & dignitate legantur ista metra sequentia.

Dogmate papali datur, ac simul imperiali
Quod similitudinarum mater caput Ecclesiarum.
Hinc salvatoris celestia regna datoris
M nomine sanxerunt cum cuncta peracta fuerunt.
Sic sumus ex voto conuersi supplice voto.
Nostra q; hec edes tibi christe sit inclita sedes.
Hee est papalis sedes & pontificalis
Presidet & christi de iure vicarius isti.
Et quia iure datur sedes romana vocatur,
Deberet vere nisi solus papa sedere,
Gloria sublimis, alijs subduntur imis.



Secunda Ecclesia principalis est ad sanctum Petrum in monte Vaticano palati Veroniani, in qua sunt omni die. xlviij. anni indulgentiarum, et tot quadragene et remissio tertie partis omnium peccatorum. Item in eadem ecclesia fuerunt. c. t. ix. altaria, que nunc pro maiori parte sunt destructa. Et pro quolibet conceduntur. xviii. anni indulgentiarum. Et inter alia sunt vii. altaria principalia, que maiori gratia sunt privilegiata aliis altaribus, et quodlibet illorum septem est circundata cum cancellis ereis. Item quandocunque est festum sancti Petri vel festum predictorum altarium, vel festum Sanctitatis domini, vel Pasche, vel festum omnium sanctorum, vel aliud festum duplex, duplicatur omnes indulgentie predictae. Item in festo Annunciationis beate Marie virginis sunt ibidem. viii. anni indulgentiarum. Item a predicto festo usque ad Kal. Augusti sunt tibi. xii. anni indulgentiarum et tot quadragene, et remissio tertie partis omnium peccatorum. Item quicunque ascendit gradus sancti Petri devote, huic conceduntur pro quolibet gradu. vii. anni indulgentiarum datis ab Alexandro papa. Item medietas corporum sanctorum apostolorum Petri et pauli requiescit in predicta ecclesia sub maiori altari. Reliqua vero medietas iacet ad sanctum paulum. Item in predicta ecclesia requiescunt corpora sanctorum apostolorum Simonis, et Jude. Item corpus sancte Petronille virginis filie sancti petri apostoli. Item caput sancti Andree apostoli, quod ostencitur in eius fece, et in illa die, qd Romam portatum fuit, et adductum. Item caput sancti Luce euangeliste. Item caput sancti Sebastiani martyris. Caput sancti Jacobi. Corpora sanctorum Procles, et Martiniani, et multa alia corpora, et multe reliquie sanctorum martyrum, et confessorum ac virginum. Item revera icona sanctus domini nostri iesu Christi repositus est in dicta ecclesia, qui monstratur in hebdomada sancta pluribus vicibus, et in die Ascensionis domini, et Dominica proxima ante, aut post festum sancti Antonii abbas. In cuius ostensionem Romani aduenientes, et in eius ostensione presentes habent tria millia annorum indulgentiarum. Et illi qui sunt circa Romam aduenientes, et presentes

habent. vi. millia annorum. Leteri vero, qui adueniunt per montes, rales, & colles habent. xii. millia annorum indulgentiarum, & tot quadragenarum, & remissionem tertie partis omnium peccatorum. Item existit unum altare ad dexteram partem Chori decoratum porphyritico lapide in medio, super porphyritico lapide divisa sunt offa sanctorum Apostolorum, Petri & Pauli, & ponderata per beatum Siluestrum, sub anno domini. cccix, quando facta fuit illa ecclesia.

Item ad sinistram partem choi est unum tabernaculum in quo hoc ierne seruatur illa sedes, seu cathedra, que fuit facta beato Petro, quando adhuc sedem episcopalem tenuit in Antiochia, & pulchre decorata. Et in festo, quod dicitur Cathedra Petri ponitur foris ad chorū cum solēnitate, vbi omnes homines prosua deuotione eandem attingere possunt. Item circumstant columnae. xii. de marmore bene, & pulite sacre, & chorū attingentes, ex quibus una cancelllo fert eo circuoluta, & ornata est, de cuius virtute inscripta legas.

Hec est illa, ad quam dominus noster Jesus Christus inherens cum populo predicabat, & Deo patri preces in templo effundebat, adhuc stebat. Que una cum alijs. xi. circumstantibus de Salomonis templo in triumphum huius Basilice locata fuit, demones expellit, & ab immundis spiritibus veratos liberos reddit, & multa miracula quotidie facit. Item in transitu ad beatam Mariam de febribus est sepulta, & sancti Chrysostomi, que ante fuit ferro circundata, nunc imagine marmorea est erecta.



PAULVS

Tertia ecclesia principalis est ad Sanctum Paulum. In qua sunt omni die quadraginta octo anni indulgentiarum, & tot quadragene, & remissio tertie partis omnium peccatorum. Item in festo Conuersonis Sancti Pauli sunt ibidem. c. Annī indulgentiarum, & tot quadragene. Item in festo, sanctorum Innocentium, quorum corpora ibidem multa requiescunt, sunt ibi quadraginta octo anni indulgentiarum, & tot quadragene. Item in dedicacione eiusdem ecclesie, que est in octava sancti Martini, sunt ibi. Annī indulgentiarum, & tot quadragene, & remissio tertie partis om̄is

nium peccatorum. Item si quis intraverit omnibus diebus
Dominicis dictam ecclesiam, habet tot indulgentias, ac si vi-
sitaret Sanctum Sepulchrum Domini in Hierusalem, aut si
iret ad sanctum Jacobum in Gallitiae.

Item in eadem Ecclesia est brachius sancte Anne matris vir-
ginis Marie. Item una catena, cum qua catenatus fuit Ian-
ceus Paulus. Et plures alie infinite reliquie.

Item sub altari maiori situata est medictas corporum sanctorum
Apostolorum Petri et Pauli.

Item corpus sancti Timothei discipuli sancti Pauli requie-
scit in dicta ecclesia, et plures alie infinite reliquie sanctorum,
quorum anime gaudent in celis.

Item in spelunca requiescunt ossa beata Sanctorum Lelii,
Juliani, cum Basilissa. Item circa portam, que dicit ad san-
ctum Paulum Lapena porta dicta, hic sepultura Romuli, et Re-
mi creditur vulgo. Et etiam ibi prope Mons omnis terre.

Item ad dexteram partem Chori eiusdem ecclesie est devo-
tissima imago sancte Crucis, que allocuta est sanctam Brigida-
dam, propter eius sedulas orationes coram eadem factas.



Quartar ecclesia pri-
cipalis est ad sanctam
Mariaz ma-
torem. In qua sunt omni-
die. xlviij. anni indulgen-
tiarum, et tot quadrages-
ne, et remissio tertie par-
tis omnium peccatorum.

Item in predicta ecclesia
sunt he reliquie videlicet
corpus Sancti Matthei
apostoli sub maiori altari
ipsius ecclesie. Caput eius-
dem sancti Matthei apo-
stoli requiescit in dicto ec-

clesia. Item corpus sancti Hieronymi doctoris ecclesie.

Item corpora sanctorum Rumule, et Redempte. Item panni
culus beate Marie virginis, in quo requieuit eius filius in
presepio. Item stola Sancti Hieronymi. Item brachium
Sancti Matthei apostoli et Evangeliste. Item brachium
Sancti Luce evangeliste. Item brachium Sancti Thome
Archiepiscopi Cantuariensis, et martyris. Item caput, et

brachium sancte Libiane virginis, & martyris. Itē presepe
domini in prefata ecclesia recordatum est. Et multe alie reli-
quie sanctorum, & sanctorum ibidem requiescunt, que ostendū
tur in die Pasche hora veperarum, vel circa, quorum anime
gaudent in celis. Item in vigilia Ascensionis domini, qua ce-
lebratur festum Translationis corporis beati Hieronymi, &
ibidem requiescit. Ad altare ipsius est remissio omnium peccatorum a fe, re. Pio, papa, ii. Item in omnibus festiuitatibus
beate Marie virginis sunt ibi mille anni indulgentiarum. Item
in festo Assumptionis beate Marie virginis usq ad eius na-
tunitatem sunt ibi, xij. milia annorum indulgentiarum ultra
vicias indulgentias quotidianas.


Sequuntur versus de Assumptione gloriosissime Virginis Marie.

Ad summum regina thronum defertur in altum,
Angelicis prelata choris, cui fertur & ipse
Huius occurrentes, matrem super ethera ponit.



Quinta ecclesia principalis est ad sanctum Laurentium extra muros in via Tyburtina in agro Tleiano, in qua sunt omni die, xl viii, anni indulgentiarum, & tot quadragene, & remissio tertie partis omnium peccatorum. Item ibidem est lapis super quem positus fuit beatus Laurentius postquam assatus, & mortuus fuit. Item in festiuitatibus sanctorum Stephanii prothomartyris, & Laurentii martyris, quorum corpora ibidem requiescunt, & per octa. eorumdem, ac in stationibus eiusdem ecclesie sunt, c. an. indulgentiarum, & tot quadragene, & remissio tertie partis omnium peccatorum, ab antiquo concessa. Sed fe. re. Lalitius tertius pont. max. concessit omnibus triusq sex Christifidelibus dictam ecclesiam devote visitantibus in singulis festiuitatibus, & stationibus eiusdem ecclesie plenariam remissionem omnium peccatorum. Item si quis intrauerit dictam ecclesiam per annum omni quarta feria liberat animam a purgatorio. Item si quis intrauerit per ianuam stantem in Australi parte ecclesie predicta de riva cruce ad aliam plenarie confessus, & contritus habet remissionem omnium peccatorum. Item sunt in eadē eccllesia quam plures alie reliquie.

Sexta



Sexta Ecclesia, principalis est ad sanctos Fabianum, et Sebastianum in qua sunt omni die. xlviii. Anni indulgentiarum, et tot quadragene et cum hoc remissio tertie partis omnium peccatorum. Item in eadem Ecclesia sunt omni die mille anni indulgentiarum dati ad Pelagio papa.

Item in eadem ecclesia ad Latacum bas, ibi prope sunt tot indulgentie que sunt in ecclesiis sanctorum apostolorum Petri et Pauli, quia ibi corpora eorum iacuerunt abscondita longo tempore in quodam fonte existente in dicta Ecclesia, supra quem

est quoddam altare.

Item Silvester, Gregorius, honorius, Pelagius, Nicolans, et Joannes summi pontifices concederunt, et quilibet eorum concessit deute visitantibus dictam Ecclesiam causa deuotiois, orationis, aut peregrinationis, absq[ue] peccatis mortalibus.

Item in dicta ecclesia iacet corpus Beati Sebastiani.

Item super altare Sancti Sebastiani, ubi iacet corpus eius, celebrauit missas Sanctus Gregorius papa pro anima vnius Imperatoris, et apparuit ei Angelis, et dixit. Hic est locus sanctissimus, in quo est diuina, et vera promissio, et omnium peccatorum remissio, splendor, et lux perpetua et sine fine leticia, quas Christi martyris Sebastianus promeruit virtute sacrificij liberatur anima. Item ibi est lapis, in quo Christus reliquit vestigia pedum suorum quando obuiavit Petro persecutionem fugienti. Quem recognoscens Petrus duxit ad eum.

Domine quo vadis, Respondit et Christus Romanam vriter crucifigar. Item in dicta ecclesia requiescit corpus sancti Fabiani pape, et martyris. Item corpus beati Stephani pape et martyris. Item corpus sancte Lucine virginis, que corpus Sancti Sebastiani in dicto loco sepelivit, et hanc ecclesiam ad ipsius Sancti Sebastiani honorem construxit. Et xvij summi pontifices martyres, quorum quilibet dedit suam indulgentiam in dicta ecclesia sancti Sebastiani, requiescent. Sunt et multe alle indulgentie in predicta ecclesia, que numerari non possunt, propter innumerabilias corpora sanctorum ibidem requiescentium.

Item in Limitorio sancti Lalixti est plenaria remissio omnium peccatorum,

Nicē pia mens viset sanctorum frequenter

In Christo quoniam gloria semper erit.

Chic est cymiterium beati Lalixti pape, et martyris inclitissimi. Quicunq̄ illud contritus, et confessus ingressus fuerit, plebem remissionem omnium peccatorum obtinebit, per meritata gloria centum, et septuaginta quattuor, in milium sanctorum martyrum, quorum ibi corpora in pace sepulta sunt una cum quadraginta sex summis pontificis beatissimis. Qui omnes ex magna tribulatione hoc venerunt, et ut heredes in domino fierent, mortis supplicium pro Christo nomine pertulerunt. Item omni die Dominica de mense Iulio est in predicta ecclesia Statio, et in pugnacis.

Salutatio ad sanctissimam Crucem.

Salve sola salutis, o crux sanctissima, salve.

Crux, ubi pro nobis dulce pependit onus.

Diluis omne nefans, Adam quod traxit et Eus

A pomo, primum decidit unde malum.

Pomifero, in ligno commissa est prima parentis


Lulpa simul ligno pena luenda fuit.

Agne dei tali rex illo tartara ad isti,

Etredi nra vincos tempora multa patres.

In te confido, dum passi vulnera crebro,

Quod miseri sis clavis, ianua et alta polo.



Optima Ecclesia principalis, est ad sanctam Crucem in Hierusalem, in qua sunt omni die. xlvij. anni indulgentiarum, et tot quadragene, et remissio tertie partis omnius peccatorum. Item in summo altari requiescent corpora sanctorum Anastasi, et Cesarij.

Item eandem ecclesiam, que vocatur ad sanctam Crucem in Hierusalem, edificauit Constantinus filius Constantini magni Imperatoris in honorem sancte Crucis ad preces sancte Petre, et

Sanctus Silvester papa consecravit eam. Sunt omni die dos

minica. ecc. anni indulgentiarum, et tot quadrageone, et remissio
tertiae partis omnium peccatorum. Itē he sunt reliquie eius
dem ecclesie. Primo duo Lyphi unus, qui fuit plenus de san-
guine Christi, alter vero de lacte beate Marie virginis. Itē
spongia, in qua iudei posuererunt Christo fel, et acetum. Itē
de ligno sancte Crucis. Item due spine de corona Christi.

Tinus clavis, cum quo fuit affixus Christus in cruce. Item
de ligno crucis latronis pendens ad dexteram Christi, qui
fuit conversus ad christum. Item titulus sancte crucis.
Item in capella, que vocatur hiersalem, quam mulieres non
intrant, nisi semel in anno. s. in die dedicationis eiusdem qua
celebratur in vigiliis sancti Benedicti abbatis. s. xx. Martij,
est remissio omnium peccatorum.

CDe indulgentijs et reliquijs sancte
Marie in Transyberim.

Ad S. Mariam transyberim. Hic locus, ubi nunc illa
venerabilis ecclesia est, olim appellabatur Taberna me-
ritoria regionis Transyberim, in qua Romani milites,
qui amplius militare non poterat, eorum vice subsidia precepiebat
Et appellabat meritaria, quia pro benemeritis eorum eis sportu-
laris pecunia donabat, in cuius atrio hi versus scripti erat.
Roma retus veteres cum te rerere quirites.

Nec bonus immunis, nec malus ullus erat.
Defunctis patribus successit prava iuuentus.

Quorum consilio precipitata ruis.

Ex hac taberna meritaria videlicet ubi ille due fenestelle fer-
ree cancellate apud choriam sunt posite, tempore quo dominus
noster Iesus Christus de virginе Maria nasci dignatus est
fons olei de terra exundavit, ac per totum illum diem, ac no-
ctem largissimo rivo rux ad Transyberim defluxit. Significans
unctionem Christi, et baptismum, atque doctrinam eius, qua o-
tunes iugentes imbueret ad credendum per baptismum. Quod
miraculum attendens Sanctissimus Presul Calixtus natione Romanus, sicut erat iam ab antiquo tempore famatus, in
eodem loco, unde oculum fuerat. Procedente quoque tempore
relicum aliquantulum cessaret persecutio a Christifidelibus,
eadem ecclesia creditur nouis fabricis ampliata, quam Gregorius
papa. iii. ob reuerentiam beate Marie virginis, et bea-
ti Calixti martyris fundamentis penitus diructam, nouis fa-
bricis cum tecto construxit, ac totam depinxit. Sunt se-
pulta ibi corpora sanctorum videlicet Calixti pape, Inno-
centii pape fundatorum ecclesie, Julii pape Sancti Quirini

Episcopi. Est in octava die Assumptiois beate Marie in An-
gusto ibi est Statio, et indulgentia.

Iam puerum summum pater post tempora natum

Accipimus, genitum tibi quem nos esse celum

Lreditus, atque olei scaturire liquamina tybrim.

Hinc oleum fluit cum christus virgine luxit

Hinc et donatur venia a quocunq; rogatur.

Ad sanctum Brisogonum in presata Regione trans tybe-
rim. In ista ecclesia sancti Brisogoni he sunt reliquie,
Brachium sancti Jacobi. Scapulae sancti Andree apo-
stoli, et caput dicti sancti Brisogoni. Sunt ibi indulgentiae.
Sedes et titulus cardinalis, est statio. xxxiiij. quadragesime.

Ad sanctam Lecliam virginem. Ista ecclesia prenomi-
nata virginis est etiam in Regione trans tyberim situa-
ta, ubi requiescit Corpus sancte Leclie, etiam in cor-
pora sancto: um Tyburtij, Valeriani, Lucij Pape primi, et
Marimiani sub altari in choro requiescum. Sunt in eadem
ecclesia plures alie reliquie. Sunt in dicta Ecclesia olim
edes sancte Leclie, et habitacula, que sanctus Paschalis pa-
pa consecravit ad honorem omnipotentis dei, eiusq; generis
gloriose sanctorum apostolorum Petri, et Pauli, beate
Agathe, et Leclie. Anno incarnationis dominice, ccc. indi-
cationi. xv. ecclesi am edificauit, sicut plenius in Episcopali li-
bro continetur.

Ad sanctum Bartholomeum in insula. In ista ecclesia est
corpus sancti Bartholomei supra altare maius in ta-
bernaculo. Est etiam ibi corpus sancti Paulini, sancti
Alberti, et sancti Marcelli, et sancti Superantij. Sunt ibi
plures reliquie, que cum supradictis in die sancti Bartolomei
apostoli, et in dominica palmarum ostenduntur. Est vnnus fons
ante altare maius in choro, in quo inuenta sunt corpora san-
ctorum. s. Sancti Paulini, et Superantij. Apud illas sunt. cc.
anni indulgentiarum.

Ad sanctum Joannem in insula ex opposito ecclesie. s.
Bartholomei. Hic est vnu claustrum mulieru, ibi est
vna capella beate Marie virginis, versus aquas Ty-
beris, que apud molendinas appellatur. Dicitur q; quodam
tempore Tyberis crevit ultra lampades ardentes ante ima-
ginem et non fuerunt extintae, nec ridebatur illata aliqua il-
lelio imagini per aquam.

Ad sanctum Nicolaum in carcere Tulliano in regione Rip-
pe sunt iste reliquie, vna costa sancti Matthei Aposto-

li, et Evangeliste. Manus sancti Nicolai, brachiū sancti Alex
ij. Et ibi in quadragesima statio.

Ad sanctam Mariam in portico in regione Rippe, hic est
rarus lapis preciosus Saphyrus in quo imago dei et
beate Marie Virginis miraculo est impressa. Tempore
ribus Joannis pape primi et Justini proprii filii Justiniani
Augusti et Theodosiorum Regis Sutorum heretici italicum op
primentis. Fuit in Urbe Matrona potentissima Sinaci
Consulis, et Patricia filia nomine Halla inter Romanos diui
tis, et generositate precipua Patriciatusq; dignitate sublimis
coznominata patricia moribus, et vita beata. Sic enim tepe
ralibus risa est bonis, ut legem domini non desereret, et a di
nitibus nullatenus declinaret. Et quia Christo sedula seruire
curauit, suiq; in se creatoris similitudinem, et imaginez prudē
ti circumspectione integras, illibatamez seruanit, Christi et bea
te Marie imaginem per manus sanctorū angelorum in pa
lio suo suscipere meruit. Quadam enim die, dum familia cir
cuseidente pranderet, supra propinatorium predicta imago o
mnipotentis dei, ac benedictae Marie matris filij nimio fui go
re apparuit. Luius immensa luce propinator verberatus ad
dominam rediit, et quod acciderat territus nunciauit. Ador
Halla surgens a mensa venit ad dictum locum, lucem quidem
vidit, sed imaginem decoram videre non potuit. Habito igit
tur consilio et multorum procerum comitata, et concursu ad
Lateranense palatum festinavit, et pontifici apparitionez lu
cis religiosa granitate narravit, p̄hs lachrymis postulans, et
magnis precibus, ut ad ancillam domini ipse dominus digna
retur venire, deo dante, et revelante rem nouam plenus cogi
aturus. Luius sanctis precibus venerabilis pontifex acque
scens cum Cardinalibus, Episcopis, et maioribus Littoralis
ad Halle palatum venit, et ad dictum locum accedens, exten
sis brachijs, ac oculis eleuatis in celum deuotissime intra lu
cem orauit. Lumen adhuc venerabilis pater Papa orationi
insisteret, inter brachia sacratissimam suscepit imaginem, et
eam adorandam circumstanti multitudini cum lachrymis timo
ris, et gaudij demonstrauit. Et quomodo beatus Gregorius.
vñ. consecrauit istam ecclesiam, qua ante fuit palatum pre
nominare Halle patricie, et de vita eius legitur in certis alijs
legendis.

Ad Sanctum Gregorium. In ista ecclesia sunt iste reli
quiae. De lacte beate Marie virginis, et verestimentis.

tis eius vexillum, lancea, et caput sancti Gregorij. Quod caput sancti Georgii est repertus in una capsula literis aureis demonstrantibus illud esse per. S. presulium Zachariam pap. i. ibidem locatum. Eius deduci fecit regionem ad velum aureum in venerabilem istam diaconiam cum magna solennitate, ubi in honore suo consecrata est ecclesia prenominata. Et plures reliquie, Statua et titulus cardinalis.

Claudius Tyberinus describens pugnatores claves Romanos, inuenit Series decies certena milia. vccc. et cccc. milia. Quod adhuc reperitur scriptum ante dictam ecclesiam sub eius porticu.

Ad sanctam Anastasiam. Ecclesia est versus palatium manus constructa ex opposito ecclesie sancti Georgii. Sunt ibi plures reliquie. Statua in quadragesima, et titulus cardinalis.

Ad sanctam Mariam, que vocatur Schola greca infra montem Auentinum, ante prenominatam ecclesiam positus est unus lapis rotundus, ad dispositionem faciei, et rutilus qui dicebatur Bucca veritatis. Ad quem homines se ex purgaverunt. Virtutem suam per unam mulierem perdiderunt. Hoc enim schola sancti Augustini.

Ad sanctam Sabinam. Ista venerabilis ecclesia vocatur ad sanctam Sabinam de urbe in monte Aventino quaz miro opere struxit presbyter urbis Paulus Illius sub papa Lelesti, sicut patet in literis aureis scriptis in parte posteriori ecclesie super portam Lypressinam. In illo loco fuit sedes Apostolica, sicut demonstrat structura palatii, in quo residens papa Honorius tertius, cui curia sua. Anno dñi. ab. ccxvi. ordine predicatorum, quem sanctus Dominicus a predecessor suo Papa innocentio in Concilio Lateranensis impetraverat, auctoritate apostolica confirmavit. Et hanc ecclesiam beato Dominico ob specialem familiaritatem, et magne devotionis affectum quem erga habuit, inhabitansdam cum fratribus suis concessit. Luius etiam ob perpetuam rei memoriam, Lalix papalis cum patena, et corporali, et altari, et capelle apostolice de alabastro in loco isto reseruantur. Hic sepulta sunt corpora sanctorum videlicet sancte Sabine, sancti Theodori, sancti Alexandri pape. Nota Aventinum primam Regionem urbis fuisse. Hic est unus lapis niger suspensus, de quo isti versus habentur.

Credi dic orantem iactato condere sarc.

Vic sanctum Dominicum hostis quod versat in ipsum

Marmoreat illesum contracto monstrat in eum

Hix fidem prebet suspensus et iste molaris.

Sunt quam plures alie reliquie notabiles et scripte, et est ibi
statio in die Liverum.

Ad sanctum Alexium in eodem monte Aventino, est ecce
c'essa qua antea fuit domus Patris sancti Alexii.

Hic est locus, et gradus, ubi predictus Sancus Alexius patri incognitus. Annis. xvj. penitentiam egit, usq; ad
annum incarnationis dominice. cccvij. suum deo tradidit
spiritum, in isto loco sunt omni die. c. anni indulgentiarum, et
tocidem quadragene. De vita: et morte ipsius legitur plenus
in sua legenda. Hic ostenditur in uno tabernaculo una ima-
go beate Marie virginis, circa quam ponuntur ista scripta
scilicet. Vee est illa imago digna beate Marie semper virgi-
ni quodam existens in ecclesiâ eiusdem, beate Marie virgi-
nis in civitate Edessa, ubi beatus Alexius peregrinus dege-
bat, et coram quasemper solebat orare, sed nec permittebat.
Unde ipsa beatissima imago his miraculose locuta dixit cu-
stodi ecclesie. Sac introire hominem dei, id est Alexium, qui
sedet foris in hostio, quia dignus est regno celorum. Sub al-
tari maiori in choro sunt corpora sanctorum bonifacij marty-
ris, et Alexii confessoris, ut bulla honorij pape. iij. patens de-
monstrat. Necnon hermetis martyris, et aliorum sanctorum
reliquie, quorum meritis et intercessionibus ab omnibus mas-
sis, et a morbo epidimie liberemur.

Ad sanctam Priscam ex opposito ecclesie Sancte Sabi
ne in monte Aventino.

Lic ubi ab Euandro sacrata est herculis ara
Urbis Romane prima supersticio

Hic ubi struxa deum veterum sunc templum locata

Que coluit sancte vana fides veterum

Montis Aventinis facta est nunc gloria maior

Unius veri religione dei.

Precipue tantum ob prisca iam nobile templum:

Quod priscum merito par sibi nomen habet.

Nam petrus id coluit, populos dum sepe doceret.

Dum faceret magno sacraq; sepe deo.

Dum quos facinorum fontis deceperat error,

Vic melius sacra purificaret aqua.
Quod denum multis sese voluentibus annis
Locavit, at nulla subueniente manu
Summus ac aristes Lalizus tertius ipsum
Extruit omne eius, restitutus decus.
Lui simul eterne tribuit dona ampla salutis.
Ipsius ne qua parte careret ope.

Ad sanctam Sabbam. Hic est vna fons conducta, in ecclesiam, cuius aquam homines gustare possunt, et bibentes curantur a fluxu sanguinis, ut quam sepis simile claruit miraculis. Est enim in isto fonte sancto de scapulario sancti Sabbe abbatis et confessoris. Estque ibi vna abbatia ordinis sancti benedicti. Item recondita sunt in ista ecclesia corpora Titi et vespasiani imp. que videri possunt quotidie. Ad quorum sepulchrum scribuntur isti versus.
Londitur hic tumulo Titus et cum Vespasiano
Patre e felici, sed clarent prospera Titti.
Urbem hierusalem pressit dominiqz rebelles
Utqz aper in Silua crudelis solus in hostes.
Expurgat vineam sabbaoth spernendo laborem.
Reddidit et populo pro factis congrua nequam.

Ad sanctum Anastasium ibi ad tres fontes, in ista ecclesia, et monasterio habetur scripta in choro in bulla que sic incipit, ut sequitur. Anno. M. cci. quarto noⁿ nas quo Christus venit, et mundum redemit actu diuino, Kal. Aprilis. Honorius felix mona. dia. sacer. hanc aulam consecravit. Papaeqz dicavit diuinis. Ac hier septem cardinales collaterales interfuerunt ad martyris dei honorem et tunc astiterunt tc. Et hic est columna super quam beatus Paulus apostolus decollatus est. In capella ad tres fontes est locus martyrii sancti pauli apostoli.

Ad sanctam Mariam Scale celi. Hic est secunda capella fundata in toto mundo ad honorem gloriozissime virginis Marie. Et vocatur Scale celi, quia beatus Barnardus dum celebraret in ista capella, meruit ridere scalas in celum vsqz erectas, ac angelos animas in celos per easdem ducentes. In qua capella quicunque celebrant, aut celebrari faciunt pro animabus existentibus in purgatorio, meritis eiusdem gloriose, virginis Marie, dictis anime cito liberantur. Et quicquid ibi deuote petitur, sine dubio impetratur. Et sancti ibi plures indulgentie, ut patet in tabula indulgentiarum. Item sunt recondita ibi olla dece-

millium martyrum.

Ad sanctam Mariam Annunciatam. Item Anno do-
mini. cc. cc. Pontificis. domini Honori pape. iii. Anno. v.
in die. viii. mensis Augusti die. ix. dedicata est
hec ecclesia in honorem beate Marie virginis, et omnium san-
ctorum, per manus venerabilium Agnini, et Joannis
sanguini Episcoporum, assistentibus Joanne ville magne Joan-
ne sancte Marie de Rosilla. Sunt etiam ibi in altari certe
et scripte reliquie per manus supradictorum recondite, qua-
rum nomina ponuntur in una tabula apud altare. Item scien-
dum, quod ubi illa Crux in medio itineris dicte Ecclesie, et san-
cti Sebastiani est posita, sunt captiuata ista. v. millia mar-
tyrum et militum.

Domine quo vadis: in isto loco quando Angelus do-
mini beatum Petrum eripuit de manu Meronis, Sal-
uator ei obvianit, cui petrus ait. Domine quo vadis?
Et respondens, Vado Romanum ut iterum crucifigar. Sunt
multe indulgentie.

Ad sanctum Joannem ante portam latinam. Ista ec-
clesia est constructa apud istam portam, que dicitur
porta latina. ubi adhuc est locus ubi missus est san-
ctus Joannes in oleum frumentorum. Sunt ibidem multe in-
dulgentie. Estque statio in quadragesima in dicta ecclesia.

Ad sanctum Sixtum ante portam Appiam, est clau-
strum mulierum, in strata, ubiitur ad sanctum Seba-
stianum. statio in quadragesima, et est titulus cardinalis.

Ad sanctam Balbinam. Ista ecclesia dicitur etiam ad
sanctum Salvatorem: cuius imago in chora supra sum-
num altare ostendiatur, ubi sepulta sunt. illi. corpora
sanctorum videlicet sancte Sabine sancti Quirini, et illa-
rum duarum virginum, quibus prenomina: a imago apparuit.
Est etiam ibi statio in Quadragesima, et titulus Cardinalis.
Sanctus Gregorius consecravit ecclesiam istam et concessit
vii. annos indul.

Ad sanctum Gregorium est una Abbatia, Gregorius
Episcopus seruus seruorum dei tecum. sicut continetur in
priuilegio. Qui anno secundo sui presulatus tecum. colle-
cta Cardinalium, Episcoporum, et ceterorum Romanorum ecclesie
multitudine Ecclesiam istam, quam ad honorem sancti An-
dree in diocesani construerat, in qua rudimenta, et sarcina-
tis suscepit incrementa, eo quod deculit, prout eius anima desi-
derabat consecravit. Quam ecclesiam etiam plenarie dotavit

Sp*privilegia apostolicis premiavit. Consecratione vero perse
cta flexis ad terram genibus, se deo humili supplicatione
prosternens preces fudit ad dominum dicens. Domine Iesu
Christe fili dei xixi, qui diritti apostolis, et per apostolos
in universis fidelibus christianis. Quocunq*s* petieritis patrem
in nomine meo dabit vobis. Peto ab omnipotenti maiestatis
tua, quatenus quicunq*s* deinceps in viuis ecclesie circuitu cle-
serit sepulturam domino christianam fidem teneat, impers
petuum damnationis eterne inexaltis non sit incep*t*andus,
sed ad eterne vite gaudia sublimandus. Oratione vero con-
pleta apparuit ei angelus domini dicens Gregorij exaudita
est oratio tua. Hic est brachium sancti gregorij pape. i. Est
etiam et crux sancti Pantaleonis.*

Ad sanctos Joannem, et Paulum in Lelio monte. Hic
requiescunt corpora sanctorum Joannis, et Pauli. Circa
istaloca sancta ponit vix bulla sculpta, que dicta de recon-
stituione istorum sanctorum prenominaorum.

Presbyter ecclesie Romane rite Joannes.

b*h*ic animi voto dona vouendo dedit.

Martyribus christi Paulo, pariterque Joanni,

passio quo sedem contulit esse pates,

Statio, et titulus Cardinalis.

Ad sanctum Stephonum in Lelion Monte est ecclesia stru-
cture rotunde Ecclesi*as* hic prothomartyris Stephani
d*iu* ante*a* collapsa Nicolaus. v. pontifex maximus ex
integro instaurauit. Ibi sunt fratres ordinis sancti pauli pri-
mi heremite. De cuius vita, et obitu hec scripta poteris legere.
Obitus, et vite primi tempus heremite
Te breuiter dicam, hec impice scripta solerte.

Anno centesimo, et septuagesimo primo

Post incarnationem Christi de virginе natum

Thebai de genitrix paulus heremita prius,

Hic servidicimus cum peruenisset ad annum

undum reliquit heremiti secreta petuit.

Lui ter denis cum septem insuper annis

Pilam dedit victimum corporis pariterque amictum

Letus huic humani pastus annis seraginta,

Dominio mitente, quotidie coruop*s* feruente,

N*on* hoc ducentis octuaginta sex quoq*s* annis

Pictis eternis filij de virginе nati

anno centesimo, decimoq*s* sue vite termo

Paulus de mundo eboris septem letabundo

Lixium sanctorum abiit ad regna celorum.

Canno vero domini. m. ccl. translatus de Constantinopoli
Venerias. Anno quidem. ccclix xi. translatus de Oceanis
in Ungariam. Statio, et ii. Lardi.

Ad sanctam Mariam in Iauicula in eodem Leliomonte
ponitur una nana Lapidea in signum miraculi ante
introitum ecclesie. Statio in quadragesima, et titulus Lar-
dinialis.

D sanctam Mariam imperatricem. hic est imago beas-

Atissime virginis Marie, que etiam allocuta est beatum
Gregorium papam, dicendo. Quare amplius non me sa-
lucas, cum semper pretereundo imaginem meam salutaveras,
sanctus Gregorius geniculando oravit, et petivit veniam coram
a prenominata imagine. Et concessit post hoc omnibus genicu-
lando orantibus cum ter Pater noster, et tot Ave maria, bona
intentione, et mente bona, toties quoties id fecerint. p.e. an-
nos indulgentiarum.

Ad sanctum Petrum Marcellinum. Anno a Nativitate
domini. m. ccxi. Indictione. viii. Die. x. mensis
Aprilis. Alexander papa consecravit hanc ecclesiam
sanctorum Petri, et Marcelli, et rerumq; altare. Et reposuit
in maiori altari de reliquijs prenominatorum, et plurimorum
sanctorum, quorum nomina bene legi possunt in sculptura as-
pud hostium ecclesie. Concessit ipsi ecclesie a die consecratio-
nis predicte usq; ad octauam singulis diebus indulgentiam
trium annorum, et trium quadragenarum. Et diende crantur
hic dictam indulgentiam de dicta die inferiam secundam post
Dominicam secundam quadragesime. Quia die adiicit indul-
gentiam viii anni et xl. dierum. Titulus Cardinalis, et sta-
tio in quadragesima.

Ad quatuor coronatus. Beatus Leo. iiii. papa sub mas-
tioi altari recondens jcollocauit corpora sanctorum
martyrum Claudi, Nicostini Symphronij, et plurimos
rum sanctorum, quorum nomina sculpta sunt circa prenomina-
tum altare, et etiam corpora aliorum sanctorum, quorum nomi-
na deo sunt cognita. Item anno incarnationis domini nostri
Iesu Christi. m. cx. indictione. iiii. v. idus Maii. Pascalis
papa Anno. ii. sui pontificatus iussit cauare sub altari, quod
prins combustum et confactum fuerat, et inuenit duas, Longas
etnam propheticam et alteras et promissio. In quibus
erant sacra corpora supradictorum sanctorum. Itē tertiaro die
iussit vindicari murari. Ochias, et de super altare redificari ad

memoriam, et honorem dictorum sanctorum: et laudem domini nostri Iesu Christi. Statio et titulus Cardinalis.

Ad sanctum Clementem est claustrum fratrum, ordinis sancti Ambrosij. Sub altari maiore requiecit corpus sancti Clementi et pape et martyris: quod translatum fuit dei Ligitate Persona transponitum maris in hanc urbem per christianissimum, et clementissimum Justinianum Imperatorem. Et hic multorum aliorum sanctorum sunt reliquiae: et concesserunt multe indulxentie per summos Pontifices maxime per sanctissimum Belasium papam: qui quotidie illuc venientibus. xl. annorum: totidem quadragenarum veniam suorum induxit peccatorum de gratia speciali, et in. xl. duplicantur. Item. fe. re. Alexandri pape. iij. ad honores sancti Ignatii martyris, cuius corpus in prenominato altari requiescit, per suum privilegium concepit, et largitu est. tertiam partem omnium peccatorum. Statio, et titulus Cardinalis.

CItem habetur in serie Ro. pontificum, quod Joannes Anglicus post Leonem sedit Annis. ij. mensibus. v. diebus. iiiij. Vacavit sedes mense uno, ut assentitur semina fuit: et luxenil habitu ab amante suo Athenis ducta, in diversis scientiis tantum profecit, ut Rome tandem legeret ad triennium, et magnos magistros haberet discipulos, nec sibi quisquam similis ibidem inueniebatur. Magne itaque scientie et opinionis existens, in papam concorditer eligitur sed in papatu per familiarem impregnatur. Verum tempus partus ignorans, de sancto Petro in Lateranum tendens, angustiata peperit inter Lolism. et sanctum Clementem, et ibide (ut dicitur) moritur. Hanc viam quando papa declinat dicitur a plerisque quod propter testamentationem facti hoc fiat. Nec ponitur in Catalogo pontificum propter mulierem sexum quantus ad hanc deformitatem.

Ad sanctam Mariam nouam. Ita ecclesia est contigua templo, quod dicitur: eternitas. In Matiuitate domini nostri Iesu Christi multa miracula apparuerunt in eo. Nam templum pacis Rome constructum (vt dicit Innocentius. iij.) propter pacem, que. xij. Annis Rome fuit. Appollo Rome consultus, respondit non casurum donec virgo pareret, funditus ea nocte corrut. Itē in dicta ecclesia est una imago beate Marie virginis in uno tabernaculo, quaz beatus Lucas discipulus Christi depinxit in Troade Grecie, quam Angelus de frangapanis secum Romanam detulit in dictam ecclesiam, que tempore honorij. iij. tota per incendia consumpta.

dispositioni istius imaginis nulla lessio facta fuit. Sunt in
prenominata ecclesia reliquie videlicet. De fragmentis quan-
do dominus noster Jesus Christus cibauit quinq; millia homi-
num de. v. panibus ordeaceis. Sunt ibi infra altare in choro
sepulta corpora sanctorum scilicet sancti Memasij tribuni pa-
tris sancti Justini, sancti Symphoriani, sancti Olympi, sancti
Emperij, sancte Lucille, et multe reliquie adducere de Lymi-
terio sancti Lalixti. Est ibi sepulta quedam domina Romana
nobilis nomine Francisca, deo deuota, cuius sepultura est can-
cellata ferro, et deaurata, qua rscq; huc non est canonizata, et
nomen eius in libro vite scriptum est. titulus Cardinalis.

Ad sanctos Losmat, et Damianum. In ista ecclesia pon-
nuntur infra scripta metra, musica arte superius in pas-
riete.

Aula dei claris radiat speciosa metallis,

In qua plus fidei lux preciosa micat.

Martyribus medicis populo spes certa salutis,

Venit, et ex sacro crevit honore locus.

Obtulit hec domino felix antistes dignum

et alius, qui in terra viuet et inde polo.

Quicunq; visitauerit istam venerabilem sanctorum mar-
tyrum Losme, et Damiani ecclesiam, habet omni die mille
annos de indulgentia, datos a beato Gregorio papa. i. Et ipse
beatus Gregorius consecravit altare maius istius ecclesie, et
posuit sub illo altari corpora sanctorum martyrum Losme et
Damiani, et plurimorum sanctorum corpora, quorum nomina
habentur in una tabula circa dictum altare.

Ad sanctam Mariam libera nos a penis inferni, sanctus
Silvester Romanus pontifex a quo Constantinus impe-
rator a lepra liberatus, et baptizatus est, consecravit
hunc locum. Que Capella beate Marie virginis vocatur,
Libera nosa penis inferni. Et dictus sanctus Silvester conces-
sit omnibus: et singulis vere penitentibus, et confessis ad dis-
crum locum venientibus, ac eleemosynam pie largientibus. xi.
Millia annorum de indulgentia.

Ad sanctam Mariam de consolatione est imago beate
Marie, que multa facit miracula, et est in eadem ecclesi a
plenaria remissio omnium peccatorum in die dñica. ij.
mensis Junij a primis vesperis rscq; ad secundas vesperas a
papa Sixto, iiij. concessas.

Ad sanctam Mariam de gratia hic est: unum hospitale
vbi quotidiani sunt elemosynae pro infirmis, et egrotan-
tibus per societatem Romanorum.

Ad carcere beati Petri apostoli retro Capitolum. In
hac venerabili ecclesia est concessa a Romani. ponti-
ficibus rete penitentibus: et confessis, visitantibus
viciam ecclesiam: ac largientibus suas elemosynas quotidianie
tertiae pars omniū peccatorū remissio et cc. annorum indulgen-
tia. Nec non voluerunt dicti summi pontifices dictam indul-
gentiam in diebus festiūs duplicari. Item in dicta ecclesia
est fons, qui miraculose apparuit: quidam beati apostoli Petrus
et Paulus stabant in dicto loco incarceratedi. De cuius fontis
aqua baptizati sunt per manus dictorum apostolorum sanctus
procelius: et Martinianus, qui custodiebant in carcere dictos
apostolos. Corpora vero dictorum martyrum sunt in dicta
ecclesia sculta.

Ad sanctum Adrianum retro Capitulum: et prope An-
no domini. Ad. ccxvij. pont. dñi Gregorij pape. i. An-
no. i. Indictione. i. mensis Januarij die. xv. q. inventa
sunt corpora sanctorum Marij, et Martine, et reliquie sancti
Adriani sub maiori altari, et corpora sanctorum trium puerorum
in Abside supra columnam recondita per magistrum Pe-
lagium episcopum Albanensem, et dominum Stephanum eiusdem
ecclesie Diaconum Lardalem, cum clericis ipsius ecclesie
videlicet Bartholomeo presbytero et paulo Diacono Romani.
Nomina plurimorum Episcoporum. Subdiaconorum, Clerico-
rum et reliquiarum patent in una sculptura in choro predicte
ecclesie. Item ad supplicationem dicti dñi Stephanii Lardi-
nalis Diaconi pauli et Oliverij dñs Gregorij papa. xi. hanc
ecclesiam edificant. Actum anno die mense, et indictione
(vt supra.)

Ad sanctum Mareum in regione Pinee, sunt multe
venerabiles reliquie, que festiūs diebus ponuntur
super altare in una capsula. quarum nomina, patent in
una cedula circa ipsam capsulam, ut unusquisque deuotus leges
re possit.

Quam ecclesiam Paulus papa. ij. a fundamento renouavit.
maximisque indulgentiis eam dotavit, videlicet omnes et singu-
li, qui eandem ecclesiam in octava sanctissime corporis domini
nostrri Iesu Christi, et in Epiphania domini a primis vesperis
usq; ad secundas res geras inclusive.

Etiam quia, Feria secunda hebdomade Sancte nuncupat

te proxime sequutura, usq; ad feria tertiam Resurrectionis dominice immediate sequen. tribus continuis, aut interpellatis diebus, saltem semel in die, personaliter et deude visitare rint annuatim. Et pro spiritualibus ac temporalibus ipsis Ecclesie ornamenti huiusmodi manus porrexerint adiutrices, omnium suorum peccatorum plenariam remissionem, et indulgentiam consequentur.

Ad sanctos Apostolos in regione Columnae. Nec est venerabis ecclesia in honorem. xiiij. Apostolorum primo a Constantino fundata, et postmodum ab hereticis fuit destrincta. Pelagius et Joannes summii pontifices ea in gradum pristinum instaurantes, multorum sanctorum corporibus, ac indulgentijs exornarunt corporibus apostolorum, Philippi, et Jacobij junioris in maiori altari reconditis. In dextera parte Eugenie virginis, et aliorum martyrum corpora, in sinistra vero corpus Sabini martyris, Colopatum beati Thome apostoli. Altaria sacra seruant pedem Philippi, brachium Sancti Jacobi zebdei, coltam sancti Laurentij spatulam, et brachium sancti Blasi, beatorum apostolorum martyrum supraposita fenestra reponit semper in sexta feria quatuor temporum et v. feria, dominica in aliis, ac dominica quae canitur Larante tuba. statio est in ea primo chal. Maij. Et in solentatibus supra dictorum sanctorum remissionibus a pontificibus Romatis concessis, satis dinoscitur premunies statio in quadragesima, et titulus Lard.

Ad sanctam Mariam inniolatam in regione Tregi. In ista ecclesia est Oratio ium in quo beatans Lucas depinxit quatuor imagines virginis Marie. Unam ad sui denotionem in eo statu, quo beatus lucas habuit notitiam ipsius virginis benedictae, ideo cum anulo in digito depinxit, que manet usq; in hodiernum tempore in dicto oratorio. Et quia multa miracula beata virgo Maria in dicta imagine operabatur, christiani ad eam consentes ad dictam ecclesiam veniebant, et refecti gratia leti ad propria revertebantur. Uocabatur autem Oratorium sancti pauli et Luce.

Ad sanctum Marcellum in regionem Tregi. In ista ecclesia est monasterium Seruorum bestie virginis. Est in ista ecclesia una sepultura porphyretica, in qua recordata sunt corpora sanctorum virginum, et martyrum Digne, et Uderite, et brachium sancti Matthei apostoli. Que omnia tempore Sancissimi domini nostri pape Laxiti Terti

a populo Romano visa sunt. Hic est sepulta sancta Felicitas cum xii filiis. Gracio, et titulus Cardinalis.

Ad Sanctum Silvestrum in Regione Columnae requiescentia corpora sanctorum, et sacerdotum, quorum notitia natalium patet in una scriptura longa.

Ostenditur in ista ecclesia caput sancti Joannis baptiste.

Requiescentia Laurentij. Unum frustum de cappa Sancti Francisci. Et plures alie in die sancti Joannis Baptiste et sancti Silvestri ostenduntur, quarum nomina in ostensione reuelantur.

Ad sanctum Laurentium in Lucina in regione Lampredi Martis. Anno incarnationis Domini 1300. ccxvi. pontificatus domini Lelestantini pape. iij. Anno eius sexto Indictione. xiii. Abente ab aio. Dedicata fuit hec ecclesia per manus eiusdem domini Lelestantini, cum quo interfuerunt Archiepiscopi Eboracen, ac Leretinen. Sipontinus Episcopus Albanen. Octanianus Lostien. Petrus portuen. Iohannes Uiterbien. Nicolaus Symphonien. rc. et tota curia Cardinalium, Presidente huic ecclesie Lunctio Cardinali. Facta autem est hec dedicatio ad honorem Dei, et beati martyris Laurentij cum deuotione totius populi Romani adiacentium populo cum tanta solennitate, et gloria quanta hactenus nec recognita, nec visa fuit. He sunt reliquie, que sunt recondite sub maiori altari Due ampulle cum adipi, et sanguine Sancti Laurentij, et vas plenum de cremata carne sancti Laurentij. Haec pape, quo Angelus tergit corpus eius. Craticula, super qua assatus fuit sanctus Laurentius. Et corpora beatorum martyrum Alexandri pape. Euentij, Theodoli, Seuerine, Poniani, Eusebij, Vincentij, Peregrini, Gordiani, et nomina plurimorum sanctorum, et reliquiarum patent in dextera parte chori litteris sculptis.

Ad Sanctum Triphonem, est ecclesia contigua ecclesie Sancti Augustini. Estq; ibi statio in quadragesima et indulgentia.

Ad Sanctum Augustinum in regione Lampi Martis, est una ecclesia noua nunc a fundamentis pulchre erecta, et constructa. Hic est sepultura sancte Monice. Estq; caput sancte Monice et caput sancte Rufine. Hic est principalior imago inter omnes imagines, quas depinxit sanctus Lucas, quam semper, quocunq; ierat secum portauit. Et est reperta in sepultura sancti Luce circa caput eius. Et vocatur sancta Maria virgo virginum, et mater omnium.

Etiam

Eadem per totam urbem Romanam clariuit miraculis tempore
Innocentij pape. viii. Anno Dni. ccclxxv.

Dominicum Sanctum Apollinarem requiescent corpora sancto
rum martyrum Eustrati, Mardarij, Eugenies, Oresti, et
Aventi sub maiori altari. Statio in quadragesima, et
sedes Latin Cardinalis.

Dominicum Sanctam Mariam de populo ad portam Flamineam.

Aproque hac de caspa hoc nomine appellatur, scilicet de po
pulo. Nam tempore paschalis, ubi nunc altare maius
erat, erat quedam arbor Nucis alias arbores in altitudine pre
